UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instrvctio R.P. Ignatii Balsamonis Societatis Iesu, Theologi. De Perfectione Religiosa, Et De Vera Recte Orandi & meditandi methodo

Balsamo, Ignazio

Coloniæ Agrippinæ, 1612

Meditationes de beneficio vocationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48888

Visual Library

4. Vt autem omnia hæc rectius fiāt, adijciet auſteritates, mortificationes, & pœnitentias nonnullas corporales, quarum ei facultatem ſuperior, cuius conſilio non aliter ac Dei voci obtemperabit, permiſerit.

Meditationes de beneficio vocationis.

VT beneficij vocationis excellentia cognoſcatur, ad quod Apoſtolus huiuſmodi verbis nos cōmonefacit. *Videte*, inquit, *fratres vocationem veſtram*, poſt inuocatam ſuppliciter Spiritus ſancti gratiam prece aliqua vocali aut mētali; quinque hæc conſideranda ſunt. 1. Cor. 1.

Vnde, nimirum vocatus ſim, quò, quomodo, quando, & quem in finē, quæ ſingula ſequenti documento latius explicabuntur.

Ad clariorem porro eiuſdem beneficij notitiam, non parum proderit, mente reuoluere, nouem priuilegia ſingularia, quibus Deus quemlibet religioſum afficit & ornat, quę ibidem reperies.